

Regum. III.

720

preparatio. Et comederunt et biberunt
et dimisit eos abieruntque ad dominum
suum. Et non ultra venerunt latrones
syrie in terram israel. Factum est autem
post hec congregavit benadab rex syrie
vniuersum exercitum suum: et ascendit
et obsidebat samariam. Factaque est fames
magna in samaria: et tamdiu obsessa est
donec veniret daretur caput asini octogin-
ta argenteis: et quarta pars cabi sterco-
ris columbarum quinque argenteis. Cumque
rex israel transiret per murum: mulier
quedam exclamauit ad eum dicens: Sal-
ua me domine mi rex. Qui ait: Non
te saluet dominus. Unde te possum sal-
uare: De area: vel de torculari: Dixitque
ad eam rex: Quid tibi vis? Que respo-
dit: Mulier ista dixit mihi: Da filium
tuum ut comedamus eum hodie et fili-
um meum comedemus cras. Corripit
ergo filium meum et comedimus: dixitque
ei altera die: Da filium tuum ut come-
damus eum. Que abscondit filium su-
um. Quod cum audisset rex scidit vesti-
menta sua: et transibat per murum. Si-
cutque omnis populus cilium quo ves-
titius erat ad carnem intrinsecus. Et ait
rex: Hec mihi faciat deus: et hec addat:
si steterit caput helisei filij saphar super
ipsum hodie. Heliseus autem sedebat
in domo sua: et senes sedebant cum eo.
Premisit itaque virum et antequam veniret
nuncius: ille dixit ad senem: Nunquid
scitis quod miserit filius homicide huc ut
prescideretur caput meum? Videte ergo
cum venerit nuncius: claudite ostium:
et non sinatis eum introire. Ecce enim
sonitus pedum domini eius post eum
est. Adhuc illo loquente eis: apparuit
nuncius qui veniebat ad eum. Et ait:
Ecce tantum malum a domino est.
Quid amplius expectabo a domino?

Dixit autem heliseus: **VII**
Audite verbum domini.

Hec dicit dominus: In tempore hoc cras
modius simile vno statere erit: et duo
modij hordei statere vno in porta sama-
rie. Respondens vnus de ducibus su-
per cuius manum rex incumbere bo-
mini dei ait: Si dominus fecerit etiam
catarrachas in celo nunquid poterit esse
quod loqueris? Qui ait: Videbis ocu-
lis tuis et inde non comedes. Quattuor
ergo viri erant leprosi iuxta introitum
porte: qui dixerunt ad inuicem. Quid
hic esse volumus? donec moriamur? Si-
ue ingredi voluerimus ciuitatem fame
moriamur: siue manserimus hic mori-
endum nobis est. Venite ergo et trans-
fugiamus ad castra syrie. Si peperce-
rint nobis viuemus: si autem occidere
voluerint nihilominus moriamur. Sur-
reperunt ergo vesperi ut venirent ad ca-
stra syrie. Cumque venissent ad principi-
um castrorum syrie: nullum ibidem rep-
pererunt. Siquidem dominus sonitum
audiri fecerat in castris syrie curruum
et equorum: et exercitus plurimi. Dixe-
runtque ad inuicem: Ecce mercede con-
dixit aduersum nos rex israel reges ge-
thorum et egyptiorum: et venerunt su-
per nos. Surreperunt ergo et fugerunt
in tenebris: et dereliquerunt tectoria sua
et equos et asinos in castris: fugeruntque
animas tantum suas saluare cupientes.
Igitur cum venissent leprosi illi ad prin-
cipium castrorum ingressi sunt vnum ta-
bernaculum: et comederunt et biberunt.
Tuleruntque inde argentum et adrum et
vestes: et abierunt et absconderunt. Et rur-
sum reuersi sunt ad aliud tabernaculum:
et inde similiter auferentes absconderunt.
Dixeruntque ad inuicem: Non recte fa-
cimus. Decem dies boni nuncij est.
Si tacuerimus et noluerimus nuncia-
re vsque mane: sceleris arguemur. Veni-
te eamus et nunciemus in aula regis.
Cumque venissent ad portam ciuitatis nar-
rauerunt eis dicens: Inimus ad castra
vñ